Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de

Lvgdvni, 1609

Iustitia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

Visual Library

confirmationem, & alium modum legitimum. cap.17.num.69.

Ius in re imperfectum, eſt ius quod habetur per promiſſionem iuſtam, emptionem, ſtipulationem, oppoſitionem, concurſum, expectatiuam, primogenituram, legitimam, vel alium titulum legitimum, qui non dat ius perfectum per quod acquiritur bonum, ſed quoddam imperfectum per quod acquiritur aliqua actio, vel officium iudicis ad iure petendum. cap. 17. num. 69.

Ius in re, nec ad rem, in officiis & beneficiis publicis non acquiritur, regulariter loquendo ex iuſtitia diſtributiua. cap. 17. num.73.

Qui ſuo iure vtitur, nemini facit iniuriam. num.250. Stilus curiæ Romanæ facit Ius. cap.23.num.103.

Ivs Patronatvs, *eſt quid ſpirituale, & à nemine poteſt erigi, conſtitui, vel tolli, niſi à Papa, vel ex eius commiſſione.* cap. 26.num.26.in Nouo. *Neque poteſt emi, nec vendi.* cap.23.num.411.

Ius patronatus requirit in habituro illud, ſolùm Chriſtianiſmum. num.99.§.2.

IVSTITIA.

PEccat qui in diſtribuendis honoribus vel commodis alicuius communitatis, non

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſeruat iuſtitiam,& tenetur reſtituere grauato.cap.17.num.96.

Prælatus,vel Dominus habens ius conferendi beneficium Eccleſiaſticum, vel publicum officium, ſi confert illud indigno,peccat,& reſtituere tenetur, non digno,vel digniori,ſed Reipublicæ.ibidem.

Iuſtitia diſtributiua in officiis vel beneficiis publicis, regulariter loquendo,non dat ius in re vel ad rem.Nec eius violatio obligat regulariter ad reſtitutionem.nu.72.73.

LATRO. vide,Fur.

LAVS.

LAus,honor, & fama, ſunt bona inferiora bonis vitæ, & ſalutis, & maiora bonis fortunæ,ſeu pecuniæ.cap.23.num.9.

Laude falſa, aut inordinata gloriari non ſemper eſt malum.cap.23.num.13. vide tit. Iactantia.

LAVDEMIVM, ſoluere non tenetur donans,ſed ſic vendens.cap.23.num.65.

LEGATARIVS tenetur in conſcientia ſoluere pœnam poſitam à teſtatore, quia potius eſt legatum conditionale quàm pœna.num.67.